



Universitätsbibliothek Paderborn

Historiæ Augustæ Scriptores VI

Ælius Spartianus. Vulc. Gallicanus. Julius Capitolinus. Trebell. Pollio. Ælius Lampridius. Flavius Vopiscus

Spartianus, Aelius

Lugduni Batavorum, 1671

Flavii Vopisci Syracusii Numerianus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51232](#)

'FLAVII VOPISCI SYRACUSII

NUMERIANUS.

NUMERIANUS Cari filius, moratus egregie & vere dignus imperio, eloquentia etiam præpollens, adeo ut publice declamaverit, feranturque illius scripta nobilia, ³ declamationi tamen quam Tulliano accommodatoria stylo. Versu autem talis fuisse prædicatur ut omnes poëtas sui temporis vicerit. Nam & cum Olympio Nemesiano contendit, qui ⁴ αλισίνη, ⁵ νευλίνη, & ⁶ αὐλίνη scripsit: ⁷ quique omnibus coloniis illustratus emicuit, & ⁶ Aurelium Apollinarem jamborum

scripto-

CASAUBONI.

I FLAVII VOPISCI SYRACUSII
NUMERIANVS.] Tria verba prima
delenda, ultimo solum reliquo: vel
ut in regio, DE NUMERIANO.

2 Adeo ut publice declamaverit, f.] Et
quidem in tenerima aetate, adhuc
pene puer. T. Calpurnius ecloga pri-
ma:

Aurea secura cum pace renascitur et as:
Et redit ad terras tandem squalloro fin-
que
Alma Themis posito, juvenemque beata
sequuntur
Secula, maternis caussam quilibet in ul-
mis.

necessario ista vel de Carino capien-
da vel de Numeriano: sed omnino
de hoc potius, quam de illo: Nam &
Aurelio Victori Numerianus dicitur,
adolescens bonus facundusque. Fuisse ta-
men & Carinum iis artibus in ado-
lescentia prima educatum testantur
verba scriptoris incerti apud Suidam:
quibus dicitur cædis nonnullorum à
Carino occisorum, hanc caussam exti-
tisse, quod sibi adolescentulo decla-
manti non favissent pro sua volun-
tate.

4 Qui A'λισίνη, Κωνζίνη &
Νευλίνη scripsit.] Latinè hi indices

scribuntur in veteribus non Græc.
pro Νευλίνῃ aliquando suspicabat
scribendum Ι'ξδηνη. sic enim Op-
pianus cum venationum materiam
tractandam arripiisset, iisdem tribus
titulis libros fecerat.

5 Quique omnibus coloniis illustratus
emicuit.] Ridicule omnes codices colo-
niis pro coronis. nam ita scribendum
nemo non videt.

6 Aurelium Apollinarem amborum scri-
ptorem.] Et hic error vetus ac constans
in exemplaribus: amborum pro jan-
borum. de quo dubitari non potest.

SALMASIUS.

3 Declamationi tamen quam Tulliano
accommodatoria stilo.] Vet. editio: de-
clamationi tamen magis quam Tulliano ac-
commodatoria stilo. ita veteres loque-
bantur. mage maiores nugas, apud Flau-
tum.

GRUTERUS.

4 A'λισίνη, Κωνζίνη & Νευλί-
νη scripsit.] Pal. vocem medium Græ-
cis tantum litteris expressit, alias duas
Latinis.

6 Aurelium Apollinarem, jamborum
scriptorem.] Pal. non ab illo vul-
gato amborum.

I. VII.

scriptorem, qui patris ejus gesta in literas retulit, iisdem quæ recitaverat editis veluti radio solis obtexit. Hujus oratio fertur ad senatum missa tantum habuisse eloquentiæ, ut illi statua non quasi Cæsari, sed quasi rhetori decerneretur ponenda in bibliotheca Ulpia, cui subscriptum est, **N U M E R I A N O CÆS A R I**
O R A T O R I T E M P O R I B U S S U I S P O T E N T I S S I -
M O. Hic patri comes fuit bello Persico: quo mortuo ¹² quum nimio fletu oculos dolere cœpisset, quod illud ægritudinis genus nimia utpote familiarissima, confessus angustia incurrisset: & dum lectica portaretur, factione Arrii Apri socii sui, qui invadere conabatur imperium, occisus est. Sed quum per plurimos dies de imperatoris salute quæreretur à milite, ⁴ concionaturque Aper, idcirco illum videri non posse quod oculos invalidos à vento ac sole subtraheret, ⁵ fœtore tamen

C A S A U B O N U S.

¹ *Veluti radio Solis obtexit.]* Atqui Solis radiis res non obteguntur: sed illustrantur. verum eo respicit, quod lumen Solis minorum lumina, ut lucernæ, obscurat extinguitque: quod Graci dicunt *naufragio dñi*.

G R V T E R V S.

² *Cum nimio fletu oculos dolere cœpisset, quod illud ægritudinis genus nimia utpote familiarissima confessus angustia incurrisset, & dum lectica portaretur, factione, &c.]* Valde divertit ab hac lectione Palatinus, in quo: cum oculos dolere cœpisset, quod illud ægritudinis genus nimia utpote confessus familiarissimus, ac lectica portatur, factione Apri socii, &c. sic Palatinus; at à manu recenti adscriptum vigilia circa vocem confessio. quam si admittimus, omnia belle se habebunt, dummodo rescribamus, cum oculos dolere cœpisset, quod illi ægritudinis genus, utpote confessio vigilia, familiarissimum sit, ac lectica portaretur, factione, &c.

⁴ *Concionaturque Aper.]* Legerim

cautionareturque Aper, aut sane cassare turque Aper.

S A L M A S I U S.

² *Cum nimio fletu oculos dolere cœpisset.]* Totum hunc locum ita concipit editio princeps: quo mortuo cum oculos dolere cœpisset, quod illud ægritudinis genus nimia ut pote confessio familiarissimus fuit, ac lectica portaretur. quæ corruptissima sunt, nec quomodo sint emendanda reperio, præsertim ope melioris codicis desitutus. nam heic nos Palatinus deseruit. vulgaram lectiōnem eti integriorem, suspectam tamen habeo, nec dubium quin à correctoribus sit.

³ *Lectica portaretur.]* Lectica operta. Joannes Antiochenensis, ἦτοι Δημόσιος λογίας. Νεμεράνδος τυφλωθεὶς σὺν κενταλυνθήσα φορεῖσθαι πέπον Περσιδοῦ ἔστατο, ὃν λαθρά ανείλειν οὐ πεπεργός καὶ ἐλαύθειν νεκρός φεύγει Θάσος σὺν τῷ δυωδίᾳ ἐδηλώθη.

⁵ *Fœtore tamen cadaveris res essit prodita.]* Joannes Antiochenensis: εἴτε εἰς τὸ δυωδίας ἐδηλώθη.

D d d 4 1 Domes-

men cadaveris res esset prodita, omnes invaserunt A-
prum, cuius factio non latere potuit, eumque ante
signa & principia protraxere. Tunc habita est ingens

¹³ concio, factum etiam tribunal. Et quum quereretur
quis vindex Numeriani justissimus fieret, quis daretur
Reip. bonus princeps, DIOCLETIANUM omnes
divino consensu, cui multa jam signa facta dicebantur
imperii, Augustum appellaverunt, ¹ domesticos tunc
regentem, virum insignem, callidum, amantem Reip.
amantem suorum, & ad omnia quæ tempus quaesierat,
paratum: ² consilii semper alti, nonnunquam tamen
effron-

CASAUBONUS

¹ Domesticos tunc regentem.] Ita Victor: alii comitem domesticorum
vocant: cuius muneris saepe Marcellinus meminit. libro xxi. Codicis,
titulus extat de domesticis & prote-
ctoribus. Zonaras hic: δέξ Μυρίας
τύποι ἀλλοι ἐγγένειοι δομεσίνων αἱ-
τον οὐδεὶς φασι. δομεσίνες δὲ πνε-
τράς οὐ πέπονται. sed errat Zona-
ras qui domesticos equites solum pu-
tat fuisse: nam erant & pedites: qua-
de re adhibe in consilium avi nostri
Papinianum.

² Consilii semper alti, nonnunquam ta-
men effronitis, sed prudentis.] Quid ap-
pellat consilium effrons? Latinis frons
pudoris & modestia sedes. & frons te-
nera sive imbecillis apud optimos scri-
ptores, de homine verecundo dici-
tur, & eo qui alium offendere quo-
quo modo non sustineat. igitur consil-
lium effrons est audax, immodestum &
ejus qui omnes pra se despiciat. &
vere quidem hoc Vopiscus de Dio-
cletiano: cuius arrogantiam summam
in summis virtutibus omnes historici
loquuntur. Aurelius Victor: Valerius
Diocletianus domesticos regens ob sapien-
tiam deligitur, magnus vir: his moribus
tamen: quippe qui primus ex auro vestie que-
sita, serici ac purpure gemmarumque vim-
plantis concupiverit: quæ quanquam plus
quam civilia, tumidique & affluentis animi,

tervia tamen præ ceteris: namque se primus
omnium Caligulam post Domitianumque,
Dominum palam dici passus, & adorari se,
appellarique ut Deum. mox: Verum hac
in Valerio obducta ceteris bonis: eoque ipso
quod Dominum dici passus, parentem egit.
vides mirum virtutum ac vitiorum
temperamentum; quale his verbis
significare voluit: qui cum imperante
Diocletiano hæc scribebat, liberta-
tem dieti hujus subit mitari. cum di-
cit Victor, verum hæc in Valerio obducta
ceteris bonis, verum παραγγελίᾳ
Græcorum exprimit:

Aλλοι εὐ θελοῖς τὸν εἰ άπωλεῖται
ψόζω
quem & Cicero usurpat.

SALMASIUS.

² Consilii semper alti, nonnunquam ta-
men effronitis.] Doctissimo viro haud
visum miror scribendum esse: consilii
semper alti, nonnunquam tamen effronitis, sed
prudentis. etiam fortasse legendum:
nunquam tamen effronitis sed prudentis, nam
pudens opponitur effronti. effrons qui
sine fronte est, quem & in frontem qui-
dam dixere. unde in frontate apud Ful-
gentium pro impudenter: catillare est
per alienas domos in frontate & grave. αὐτοῖς
οὐδεὶς apud Anastasium Sinaitam le-
gi pro effronte vel in fronte. ut χα-
ρακώσσων & pro ferrea frontis ho-
mine, apud Chrysostomum legitur.
fronte-

effrontis, sed prudentis, nimia pervicacia motus inquieti pectoris comprimentis. Hic quum tribunal descendisset, atque Augustus esset appellatus, & quæreretur quemadmodum Numerianus esset occisus, educto gladio Aprum præfectum prætorii ostentans percussit, addens verbis suis, *Hic est auctor necis Numeriani.* Sic Aper seipsum fœdavit, & deformibus consiliis agens dignum moribus suis exitum dedit. Avus meus retulit se interfuisse concioni quum Diocletiani manu esset Aper occisus: percussisse autem dicebat Diocletianum, & dixisse, *Gloriare Aper, Æneæ magni dextra cadis.* ¹ Quid ego miror de homine militari, quamvis sciam plurimos plus quam militares vel Græce vel Latine, vel comicorum usurpare dicta vel talium poëtarum? Ipsi denique comici plerunque sic milites inducunt, ut eos faciant vetera dicta usurpare. Nam &c., ² *Lepus tute es, & pulpamentum quæris,* Livii Andronici dictum est: multaque alia quæ Plautus Cæciliusque posuerunt. ³ Curiosum non puto, ¹⁴ neque satis vulgare, fabellam de Diocletiano Augusto ponere ⁴ hoc convenientem loco, quæ illi data est ad omen imperii. Avus meus mihi retulit ab ipso Diocletiano

frontosum tamen pro impudente, & frontosæ pro impudenter etiam alibi notavimus.

CASAUBONUS.

¹ *Quid ego miror de homine militari,*
² Scribe, *quod ego miror d.*

² *Lepus tute es & pulpamentum quæras.*] Acceptit Terentius sive Livius Andronicus à Græcis: Δασύπτειν επίθετος.

³ *Curiosum non puto, neque satis vulgare, f.] Ego non dubito auctorem scripsisse, Curiosum puto neque satis vulgare, f. nam Vopisco semper, ut in superioribus monebamus, curiosus, est ὁ πολυμάθειας ιπασης: & curiosi-*

tas, aviditas aliquid noscendi quod non sit vulgare. quare curiosum puto, interpretari debes hoc loco, δεκτες πολυμάθειας ξυνήσος.

⁴ *Hoc convenientem loco.] Huic.*

GRUTERVS.

¹ *Quod ego miror de homine militari.]*
Sic melius membranæ Palatinæ,
quam editi, quid ego.

⁴ *Hoc convenientem loco.] Sic & Pal.*
pro huic.

SALMASIUS.

¹ *Quid ego miror de homine militari.]*
Scribe: id ego miror de homine militari.
vel, quod ego miror. cum Casaubono.

D d d 5 ¹ Apud

tiano compertum. Quum (inquit) Diocletianus apud Tungros in Gallia quadam in caupona moraretur, in minoribus adhuc locis militans, & cum Druide quadam muliere rationem convictus sui quotidiani faceret, at illa diceret, *Diocletiane, nimium avarus, nimium parcus es: joco non serio Diocletianus respondisse fertur,* *Tunc ero largus quum imperator fuero.* Post quod verbum Druias dixisse fertur, *Diocletiane, jocari noli: nam imperator eris quum Aprum occideris.*

¹⁵ Semper exinde Diocletianus in animo habuit imperii cupiditatem, idque Maximiano conscio atque avo meo, ⁶ cuius hoc dictum à Druide ipse retulerat. Denique ut erat altus, risit & tacuit. ⁷ Apros tamen in venationibus, ubi fuit facultas, manu sua semper occidit. Denique quum Aurelianus imperium accepisset, quum Probus, quum Tacitus, quum ipse Carus, Diocletianus dixit, *Ego semper apros occido, sed alter semper utitur pulpamento.* Jam illud notum est, atque vulgatum, quod quum occidisset Aprum praefectum prætorii, dixisse fertur, *Tandem Aprum fatalem occidi.* Ipsum Diocletianum idem avus meus dixisse dicebat, nullam aliam fuisse sibi causam occidendi manu sua Aprum, nisi ut impleret Druidis dictum, & suum firmaret imperium. Non enim tam crudelem se innotescere cuperet, primis maxime diebus imperii, nisi illum necessitas ad hanc atrocitatem occisionis attraheret. Dictum est de Caro, dictum etiam de Numeriano, supereft nobis Carinus.

CASAUBONI.

¹ *Apud Tungros in Gallia.] Belgica, ubi Germania inferior. nam Tungri, populus Germanicus.*

⁵ *Tunc ero largus cum imperator fuero.] Similem historiam vel fabellam narrat Spartianus in Severo.*

⁶ *Cuius hoc dictum à Druide ipse retulerat.] Scrib. cui si hoc dictum à Dryade i. r.*

GRUTERUS.

³ *Rationem convictus sui quotidiani.]*

Pal. curationem conv.

⁴ *Atque illa diceret.] Sic Pal. non ait, ut prius cusi.*

⁶ *Cui hoc dictum à Druide.] Ita Pal. non cuius hoc dictum.*

⁷ *Apros tamen in venationibus.] Pal. venatibus. nihil pejus, quam vulgg.*

SALMASIUS.

² *Et cum Druide.] Cum Dryade. & ita semper scriptum in Palarino. vide quæ supra notavimus. paulo post legi: cui hoc dictum à Dryade.*

FLA-